h. $\delta$. producto e numeris integris, sive si sit $A^{\frac{\pm n}{m}} = A^{\frac{\pm \alpha.\beta.\gamma.\delta}{g.\,h.\,\delta}}$, fore quoque $A^{\frac{\pm n}{m}} =$ $A^{\frac{\pm \alpha.\beta.\gamma}{g.\,h.}}$, omisso factore $\delta$, dummodo factor ille sit in numeratore positivus. Proinde $A^{\frac{6}{3}} = A^{\frac{2.3}{1.3}} = A^{\frac{2}{1}} = A^2$ (§. 3).

§. 33. *Coroll.*

$$A^{\frac{b}{n}} \left\{\begin{matrix}\pm\\ \times\\ :\end{matrix}\right\} A^{\frac{c}{m}} = A^{\frac{b.m}{n.m}} \left\{\begin{matrix}\pm\\ \times\\ :\end{matrix}\right\} A^{\frac{c.n}{n.m}},$$ pro numeris $b$ et $c$ integris, positivis vel negativis, vel etiam zeris. Quodsi itaque necessitatis vel utilitatis sit, ut manente valore numerorum exponentialium eodem, exponentes radicum sint aequales, haud absimili methodo illud effici poterit, qua fractiones ad eundem denominatorem convertuntur.

§. 34. *Problema.*

Numeros exponentiales sibi addere.

*Solutio et Demonstratio.* Ut additio in numeris exponentialibus determinatis absolvi possit, manifestum est, operationes indicatas, nempe elevationes ad potentias, atque extractiones radicum, prius esse absolvendas, ut valores numerorum exponentialium

in